UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor, Coordinatus, Seu Omnes ...

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

20. An saltem Episcopi, Prælati, & alii Superiores teneantur in extrema necessitate proximi cum oericulo vitæ correctionem adhibere? Idem discendum est de Magistratibus, quod attinet ad suum munus. ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-76429

Visual Library

peccet, cùm ſemper diuinis auxiliis adiutus poſſit à peccato ſurgere, & vitam conſequi. Quare ſi non conſequatur, ipſi tribuendum eſt; non omitrendi corrigere, cum ob periculum vitæ excuſetur.

6. Deinde hunc caſum de neceſſitate extrema, raro, vel nunquam contingere exiſtimat Villalobos *in ſumma tom. 2. tract. 4. difficult. 5. n. 6.* niſi quando proximus laboraret ignorantia vincibili alicuius neceſſarij ad ſalutem, & te de illius notitia rogaret: ſic enim ait. *Si ſe dieſſe caſo en que vno eſtuuieſſe en vna neceſſidad eſtrema ſpiritual, que proueneiſſe de fragilidad, paſſion, o ignorancia y ſe creyeſſe probablemente, que auia de aprouechar la correccion, obligacion tendria el hombre particular de hazerla aunque fueſſe con peligro de vida, honra, o hazienda. El fundamiento es, porque conforme al orden de caridad, tenemos obligacion de amar mas la vida eſpiritual del proximo, que la nueſtra corporal, quando aquella no tiene otro remedio, ſino que eſta en eſtrema neceſſidad, y coligeſe de las palabras de san Iuan: Et vos debetis pro fratribus animas ponere*, id eſt, *vitas. Dezimos en la concluſion, ſi ſe cree probablemente que ha de approuechar, porque en duda, no ay obligacion como dieze Aragon, contra Adr. porque aunque la vida eſpiritual es de mas precio que la corporal, mas la certidumbre de perder la vida propria igualmente es la mala, con la duda de perder la eſpiritual agena. El caſo deſta concluſion rariſſimas vezes podria acontecer: porque como dize Soto, ſi el pecado procede de malicia, ò paſſion, el miſmo ſe puede corregir, y ſi de ignorancia inculpable, no peca, y ſi es vincible, el eſta obligado à buſcar quien le enſenne; y aſſi ſolo parece podria hauer lugar, quando fueſſe el pecado de ignorancia vincible de alguna coſa de las que tiene obligacion a ſaber; la el y perguntaſſe: porque entonces, auria obligacion de enſeñarle con peligro de vida.*] Ita ille.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 10. Reſ. 3. §. penult. & ſignanter in tom. 1. tr. 1. Reſ. 49. & in alijs eius primę & tertiæ not.

7. Immò Sanchius *in ſelectis diſp. 10. num.* 10. Sotus *de ſecreto, mem. 6. quæſt. 2. poſt. 6. concluſ.* & alij aſſerunt, aliquem non teneri cum periculo vitæ baptizare infantem in extremo vitæ. Vnde Emanuel Sà correctus à Magiſtro ſacri Palatij, *ver. Charitas, num.* 4. ſic ait: Infantem alioquin ſine baptiſmo moriturum, teneris cum tuæ vitæ periculo baptizare, ſecundum quoſdam: quod alij probabiliter negant: nec enim cum tanto damno debetur ei tale officium, alioqui, & mater grauida teneretur permittere ſe ſecari, vt fœtus baptizaretur, alioqui ſine baptiſmo moriturus: quod nemo dicet. Ita ille.

Sup. hoc in Reſ. 2. not. præteritæ §. 1. poſt medium à verſ. Quam reſolutionem.

8. At quidquid ſit de hac opinione, optimè obſeruat Caſtrus Palaus *tom. 1. tract. 6. diſput. 3. puncto 6. n.* 4. adulto cui etſi difficilis ſit contrito, eſt tamen poſſibilis, non videris cum periculo vitæ obligatus illi Sacramenta miniſtrare, & multò minus correctionem, quia ſolùm grauiter, & non extremè indiget hoc medio correctionis. Et ideò hanc ſententiam contra Bañez, & alios tenuit abſolutè Emanuel Sà, correctus, *in ver. Correctio, num.* 2. vbi docet cum Victoria priuatum non teneri cum periculo vitæ corripere. Et Gregorius de Valentia *tomo 3. diſput 3. quæſt. 10. punct.* 2. affirmat ex malitia peccantem non teneri cum periculo vitæ corripere. Et hæc ſunt placita Doctorum circa præſentem difficilem quæſtionem. Vide etiam Trullench *in Decalogum tomo. 1. lib. 1. capite 5. dubio 14. numero* 11. & Reginaldum, *tomo primo, libro quarto, cap. vigeſimo quinto, num.* 358. *& ſequ.*

RESOL. XX.

An ſaltem Epiſcopi, Prælati, & alij Superiores, teneantur in extrema neceſſitate proximi cum periculo vitæ, correctionem adhibere?

Idem dicendum eſt de Magiſtratibus, quod attinet ad ſuum munus.

Idem de ſacris Oratoribus.

Et quid, ſi proximus non ſit in extrema neceſſitate, ſed in graui? Ex p. 7. tr. 3. Reſ. 28.

§. 1. Reſpondet affirmatiuè ex Bañez, Soto, Valentia, & Turriano, Caſtrus Palaus *tomo 1. tract. 5. diſt. 3. punct. 9. num.* 4. vbi ait: Excipiendi tamen ſunt ab hac doctrina Prælati ſuperiores, & omnes illi quibus ex officio cura ſubditorum incumbit, qui graui neceſſitate intercedente tenentur vitam corporalem pro ſalute ſpirituali ſubditorum offerre, vt latiùs * ſupra dictum eſt de ordine charitatis. Ita ille; quod adeo verum eſt, vt aliqui extendant hanc obligationem aliquando etiam in graui neceſſitate, & ideò Villalobos *in Summa tomo 2. tract. 4. difficul. 5. num.* 3. ſic ait. *Los Prelados tienen algunas vezes obligacion de corregir à los ſubditos, aunque no eſten en extrema neceſſidad de ſu correpcion. Aſſi lo tienen Soto, Bañez, con San Thomas, Aragon y otros. El fundamiento es, porque los Prelados tienen obligacion à mirar por los ſubditos, no ſolo de caridad, ſino tambien de juſticia: y aſſi quando el ſubdito tuuiere neceſſidad graue de ſu correccion eſtarà obligados a poner la vida, conforme à lo que dixo Chriſto: Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Mas ha ſe de entender, quando probablemente eſperan, que dee approuechar, que de otra manera ſeria imprudencia. Y dize Aragon, que eſta obligacion que tienen los prelados a corregir con peligro de la vida, no es por razon de correccion fraterna, ſino de officio, y juſticia.* ſic ille: cui adde Petrum à S. Ioſeph. *in Idea Theol. mor. lib. 3. cap. 11. reſol. 6.* & Malderum *in 2. 2. quæſt. 33. art. 3.*

2. Nec deſeram hîc apponere verba Hurtadi de Mendoza, *vol. 2. diſput. 162. ſect. 7. §. 60.* ſic aſſerentis. Dico tertiò: Epiſcopi, Prælati Religioſorum, & ſimiles animarum Paſtores tenentur cum proprio vitæ diſcrimine adhibere diligentiam quam poſſint, vt vitent peccata publica, & occulta Hæc eſt omnium Patrum Thheologorum doctrina, quam Chriſtus Dominus verbo docuit, & exemplo: ſic diſcriminauit Paſtorem mercenarium, & fugitiuum à vero & bono. *Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis. Mercenarius autem, qui non eſt paſtor,* &c. Ratio eſt; quia huiuſmodi Paſtores paciſcuntur cum Chriſto Domino, curam, & ſollicitudinem gregis, pro qua tam multa bona accipiunt à Chriſto. Idem dico de Magiſtratibus, quod attinet ad ipſorum munus. Idem de ſacris Oratoribus, quamuis hi non ex iuſtitia, vt Prælati, & Magiſtratus. Hinc coniiciant, vtrum ſuo muneri ſatisfaciant, qui tota Diœceſi, & Republica incendio peccatorum flagrante, pacatè domi ſuæ dormiunt, qui ſui officij legibus tenentur omnes angulos conſpicere, ne quod peccatum lateat in tenebrarum latebris. Ita Hurtadus.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN